

**Disputatio medica inauguralis exponens casum de febre petechiali / Quam
... ex decreto gratiosissima facultatis medicae in Almâ Eberhardina, sub
praesidio ... Eliae Rudolphi Camerarii ... pro licentia summos & doctoreos in
medicinâ honores atque privilegia ritè impetrandi, publico eruditorum
examini submittit Johann-Wilhelm Müller ... ad d. 6. Maji.**

Contributors

Müller, Johann Wilhelm, active 1692-1693.

Camerarius, Elias Rudolph, 1641-1695.

Universität Tübingen.

Publication/Creation

Tubingae : Typis Johann-Conradi Reisl, 1693.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/nu9bdt39>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>





Digitized by the Internet Archive
in 2019 with funding from
Wellcome Library

<https://archive.org/details/b3076841x>

DISPUTATIO MEDICA INAUGURALIS

exponens Casum

De

126

FEBRE PETECHIALI,

Quam

Juvante DEO

Ex Decreto Gratiosissima Facultatis Medicae

in Alma Eberhardina,

Sub Præsidio

VIRI

Nobilissimi, Amplissimi, Excellentissimi,

DN. ELIAE RUDOLPHI CAMERARII,

Phil. & Med. D. hujusque Prof. Primarii; Sere-
niss. Würt. DUCIS Confiliarii & Archiatri,

Dn. Patroni, Præceptoris, & Promotoris sui, sanctissimè & Patris
loco ad bustum usque devenerandi,

Pro Licentia

Summos & Doctoreos in Medicinâ Honores atque
Privilegia ritè impetrandi,

Publico Eruditorum Examini submittit

JOHANN. WILHELM. MÜLLER/ HOENLOICUS,
Designatus Physicus Herrenbergensis.

Add. 6. Maii,

IN AULA NOVA.

TUBINGÆ,

Typis JOHANN. CONRADI REISL,

Anno M. DC. XCIII.

REPUBLICÆ HERRENBERGENSIS
MAGISTRATUI SPECTATISSIMO.

VIRIS

*Pranobili, Amplissimo, Nobilibus, Prudentissimis,
Judicique dexteritate & integritate conspicuis*

DN. PRÆFECTO.

DN. POLIGRAMMATEO.

DNN. CONSULIBUS.

*reliquisq; Senatorii Ordinis, qui Herrenbergæ est,
Assessoribus Meritissimis.*

*Dnn. Patronis & Fautoribus suis
omni honoris cultu prosequendis*

Pagellas has inaugurales

*in sui ulteriorem Commen-
dationem,*

dedicat

Author.

HISTORIA.

Fœmina annorum 34. ab hostili milite è laribus pulsa, in exilium acta, non solum terroribus multum macerata, sed & pedes in itinere sub aëre pluvio frigido valde fatigata, emaciata, postquam domum redux aliquandiu suam iterum curasset rem familiarem, inopinatò corripitur rigore, cum subsequente calore fervido, ac capitis dolore. Ipsa Erysipelas, ut nostri sàpè febres ephemeras aut synochas 3. vel 4. dierum vocant, fibi familiare hunc affectum judicans Roob Sambuci cum aq. Card. bened. assumit, sudorem prolectura, qui tamen paucissimus ac levius subsequitur: Cùm verò ad quintum usque diem nulla succederet alleviatio, sed cum cephalalgia intensa maxima virium dejectio increceret, Medicum vocari curat, qui ipsam invisens conquerentem submissâ debili voce audit de cephalalgia singulari, de cardialgia indicibili, de compressione præcordiorū summa, calore fervido, siti intensissima, observat pulsus frequentem, celerem, debilem, membrorū tremores, subsultationes, urinam multum tintam, sed cum nubecula: percipit menstruum fluxum hactenus ordinarium sed parciorem quam alias ante octiduum cessasse. Præscribit assumentam sq. potiunculam cum prolectione subsequa sudoris:

℞. Aq. Card. bened.

Scorzonera.

flor. tiliæ aa. ʒi.

Eleæt. diascord. Frac. ʒiſſ.

Syr. acetosell. ʒiiij.

Mixt. simpl. gtt. vjj. M. D.

Sequenti die manè a grām denuò visitans cernit in pectore, facie, ac manibus maculas rubras, fuscas, paucas lividas, quas ob hoc tempore grassantes febres petechiales mox petechias insignit, suadens, ut pulvis cum mixturâ seq. modo in usum ducatur:

℞. Pulv. Pannon. rubr.

alexipharmac. m. d.

C. C. phil. calcin. aa. ʒj.

Cinab. nativ. ʒj. M. f. Pulv. f. Pulver, davon alle 3. Stund 3. Messerspiß voll zu nehmen.

℞. Aq. acetosell.

scorzoner. aa. ʒiij.

Syr. acetosell. ʒvj. M. D. S.

Wasser/ davon eßt ein paar Löffel voll zunemmen.
ut unā nocte hor. 9. circiter seq. pilulæ, alterā sq. Emulsio assumantur,

℞. Extract. bezoard. m. d. gr. vj.

castor.. .

pæon.

ruth. aa. gr. i. M. f. pil. pond. gr. j. deaur.

℞. Sem. 4. frig. excort. aa. ʒj.

papav. alb.

napi aa. ʒj.

f, c. Aq. nymphææ.

acetos. aa. ʒj. M. D.

Pro potu ordinario decoct. C. C. cum modic. fœnicul.

Die 8. disparentibus maculis ægra de nullo amplius dolore querula, taciturna, fixis oculis adstantes intuens, potum non petens aliquandiu jacet, ad interrogata tamen respondet, sub vesperam verò aphona, absq; ullius membra motu, rigidis extremis jacet ad alterum usq; diem, sub cuius fine particularibus modò brachii, modò maxillæ, modò pedis spasmodicis motibus torquetur, universaliter tandem epilepsia die decimo superveniente, quæ per 3. dies duravit, paroxysmos octo instituens: Præscripta à Medico seqq.

℞. Pulv. epilept. mirab. Mynf.

Marchion.

Pannon. r.

alexipharm. m. d. aa. ʒij.

Castor. ʒj. M. f. Pulv. d. Sign. ut prior.

Mixtura itidem priori modo haurienda:

℞. Aq. pæon.

flor. tiliæ.

ceraf. n.

card. bened.

hirund. c. castor. aa. ʒis.

Syr. pæon. ʒj. M. d.

℞. Extr. pæon.

castor.

ruth. aa. gr. j.

bezo-

bezoard.

Cinab. nat. aa. gr. iiiij. M. f. pil. pond. gr. i. deaur.

℞. Essent. Succin.

Castor. aa 3j. M. d. f. Anstrich.

Vesicatoria brachiis & pedibus applicita fuerunt. Pro potu deco-
quatur cum prioribus visc. quern.

His medicamentis continuatis remiserunt convulsiones, ma-
culis amplius non comparentibus, redierunt sensim vires, immi-
nutus est calor, tandem sq. Electuar. in usum ductum:

℞. Conf. acetosell.

pœon.

rosar. damasc.

borrag. aa. 3vj.

Nuc. Ind. cond. 3ij.

Conf. Alkerm. inc. 3ß.

Syr. rub. id. q. f. M. f. Elect. S. Latverg/ davon
bisweilen ein paar Messerspiß voll zunemmen. Et sic, per DEI Gratiam,
convaluit, ut quartâ septimanâ extra lectum degere potuerit,
nunc iterum actionum vigore gaudens.

EXPOSITIO.

Triune Deus dirige actiones meas.

Xantlatis proximè elapsâ septimanâ, quæ subeunda erant, ex-
minibus, Inauguralis nunc & Solennis supereft fistenda luci Di-
sputatio. Elegia. pro Themate præfixum hunc casum, ab Excellen-
tiss. Dn. Præside, Patrono meo nunquam satis venerando, communica-
tū, inq; eum pro temporis momentulo quod habui, pauculas tan-
tum, ocyüs & festinante manu, cùm discessum dehinc quocunque
modo maturare jubear, commentatus sum lineas. Si deproperata
hæc nimis & ruditer concepta nullo modo expleant Lectoris desiderium, scio tamen institutam curam nemini non ad palatum fore.

Th. I.

Affectus propositus est febris maligna petechialis dicta: Hoc probant recensita signa & symptomata, quæ quidem uti non omnia huic morbo essentialia sunt, ita & frequenter etiam alia, unde tot differentes species, jungi solent. Notanter a. in recensione casus dicitur, ob grassantes hoc tempore febr. petechiales mox maculas istas petechias fuisse insignitas, equidem alias quoque in-

scorbuticis, hypochondr. &c. obvias. Haud ita pridem quidam petiturus consilium Excellentiss. Dn. Præsidem accessit, qui toto corpore lividas & nigras habuit maculas, quæ tamen petechiales non erant.

II. Est ex morbo & symptomate complicatus, ratione febris est morbus intemperiei calidæ malignæ (non dari morbos intemperiei strictè loquendo statuere quosdam Rec. non nescio) Petechiæ sunt symptoma, quod hanc malignam ab aliis distinguit.

III. Subiectum pass. ratione febris est totum corpus, ratione petechiarum pectus, facies (in quâ alias rariores) ac manus; frequentiores cæterùm in dorso, collo, thorace, lumbis, cruribus &c. Causal. spiritus in primis & M. S. a, habitus corporis, adversâ tempestate afflictus, primæ viæ miasma præ aliis recipientes, aliæque partes, uterus forsan & passivè & causaliter se habuit.

IV. Causa prox. est p. n. sanguinis & spirituū motus, ebullitione, effervescentia disproportionata admodum, hinc texturam & cras in eorum singulariter & omnimodè qs. instar veneni evertens, destruens, & per conf. etiam solidas enervans. Petechiarū, sunt portiunculæ humorum insigniter à fermento mal. corruptorum, dictis in locis stagnantes, variè pro vario gradu turbatæ mixtionis coloratæ. Hic etsi non rò occultum, quod non ex mechanismo dependeret, agnoscam, fatendum tamen, monente hoc sapientius judiciofissimo Medico Exc. Dn. Præside, Speciale nihil determinari posse. Nec acidum coagulans, nec alcali dissolvens, nec sulphureum acre rem exhaustit, nec figurarum & pororum diversitas, hinc & pertinacissimi mechanismi Patroni ad rò singulare, sui generis, ut hic & non aliis effectus sequatur &c. recurrent. Aliquando tamen magis istius vel illius, aliquando hujus redolet indolem causa, ut symptomata & variæ observationes Authorum probant. (quanquam sapientius pro causâ effectus habeatur) Præsenti in casu sulphureæ acres, salinæ volat. prædominari videntur, non tantum autem rodendo, rarefaciendo, ebulliendo &c. sed variis modis, peculiariter elatrem & texturam fluidorum destruendo, enervando se exerentes.

V. Qui autem tale venenum primò fuerit corpori inductum, relatio casus docet: Grassabantur tum tales febres epidemicè, facile hinc contigit, ut cum aëre malignis miasmatis inquinato vel & quoad suam texturam alterato vel cum vietu (solent etiam in vestibus,

bus, domibus &c. latere) prima seminia & dispositionem hauserit, terroribus, tempestate pluviosâ, adversâ, defatigationibus &c. postmodum ut causis procatarcticis, excitatam, exaltatam, (Sæpè solis terroribus, (ut & modò dictis) utpote quibus spiritus prosternuntur, confunduntur, variisq; modis malignitati generandas occasio datur, imò quidam aliquando, ut notum est, pro unicâ pestis caussâ habent, morbos malignos produci accidit, testante & id experientia.) Quæ omnia etsi forsan hîc non prima stamina suppeditarint, tamen spiritus turbando, dejiciendo, transpirationem insens. & sensib. impediendo, pravos humores generando, cumulando, exacuendo, æstum, orgasmum inducendo, varièq; corpus ad virulentiam recipiendam disponendo periculose causata sunt malū. Imminutio mensiū & effectus & causa potuit esse. Circa diætam sine dubio etiam hâc in occasione varii commissi sunt errores. Reliqua prætereo. Temperamentum, quod communiter fœminis rarius, tenerius est, hîc dictis modis magis debilitatum viam etiam cum aliis malignitati aperuit. Sub grassatione prægressâ prioribus annis febrium malign. Viri & Juvenes frequentius fuere correpti quam fœminæ, cujus forsan præcipue inter alia & hæc ratio posset esse, quod isti calidiori, fervidiori gaudeant sanguine & spiritibus, qui facilius æstū, effervescentiam concipiunt, fermentumq; promptius aëtuant, exaltant; Cùm econtrâ senes, pueri & fœminæ, etsi cæterùm debiles, sanguinem & spiritus habeant magis pituitâ sero dilutos, sic que minùs tali fovendæ malignitati aptos.

VI. Vicissim ex Patriâ per literas mihi significatum, sœvire nunc ibi magis petechiale in mulieres, hasq; plerunq; rarius viros succumbere. Ratio si exquiratur, generaliter responderi potest, determinationem illius miasmatis maligni dependere à certâ ipsius fermenti & corporis fœminini, texturâ, crassi, indole, dispositione, quâ in se invicem agere & pati apta sint. Ut e. g. pulsâ chordâ in instrumento musico, in alio vicino huic consonâ mox etiam tremit & sonat, immotis aliis eodem in instrumento, etsi cæterum recipiendo impetui facilioribus visis; & uti aliquando sola bruta, hæc vel illa species certo morbo, aliquando in morbis epidemicis hæc vel illa pars sola vel magis affligitur: febres malignæ, morbi epidemicæ certo opificio addictos homines magis adoruntur quam alios: Præteritæ æstate Colica spasmodica communiter simul vias

urinarias infestavit: Quædam corpora naturalia, vel medicamenta, homini, non brutis, vel contrà cani, feli, non aliis brutis venena sunt, ita & ob certum & determinatum motum & texturam agentis patientisque determinantem receptivitatem, fœminas præ viris, maligno hoc morbo corripi. At in quo determinata hujus vel illius miasmatis peculiaris textura, modus agendi &c. ab alio differentia: hujus vel illius animalis, ab aliis speciebus, etiam individuis diversitas, idiosyncrasia conficit, determinare vix quisquam poterit, etsi nasum habeat illius, qui odoratu contagium percepit. Rationem hinc redditurus praesciat oportet omnino, miasmatis, causæ morbificæ indolem, & circa recipiens, rerum natural. p. n. & n. n. statum, de quibus, quantum scimus, ad explicanda hæc phæn. non sufficiunt, plura cognitu difficultia, multa impossibilia Aliquando tamen major, aliquando minor est difficultas. e. g. Si cum serofiori, teneriori, molliori magis convenit malignitati constitutione, circa non n. & p. n. peculiare quid fœminæ passæ sunt &c. facilius has quam viros &c. invadit malum. Sed satis.

VII. Symptomata ex mox dicendis orta sunt causis. *Rigor* adscribendus particulis, acribus, aculeatis, mordacibus, sub insigni turbato motu generatis, exaltatis, secretis, fibrillas nerveas varie afflignantibꝫ, stringentibus, sicq; sanguinis & ſuum motū aliter determinantibus. Unde rigoris perceptio. *Calorem* p. n. induxit velocissimus, inordinatus particularum sulphurearū cum reliquis motus, agitatio. Cephalalgiam, *Cardialgiam* indicibꝫ, compressionem *præcordiorum* itidem singularis particularū acrimonia, rigiditas, impetus, nimia sub æstu vasorum expansio, tensio, compressio, fibrillarum nervearum distorsio, spasmatica contractio, humorum stagnatio &c. *Virium dejectionem* spirituum omnimoda quasi extinctio, humorum nimia à ſt. naturali descifcentia: *Sitim* humiditatis oblitentis per æstum & calorem abſumtæ defectus, acrum falsarum abundantia: *Puljum frequentem* ob spiritum & sanguinem nimis agitatos & æstuantes crebra cordis irritatio & contractio: *Celerem* impetuosa spirituum velocitas, citius solito contractionem cordis causata, & pauca sanguinis intra thalamos cordis ob junctam frequentiam praesentia: *Debilem* ob spirituū defectum languida cordis contractio: *Tremores* & *subsultationes*, spirituum, non coherentis & debito ordine influentium, continuò tamen irritatorum, cum

partium musculoſarum ob depravatam humorum crafin laxitate debilitas. Urinam tinctam reddidere, salinæ & sulphureæ in primis particulae fero incoctæ intimius mixtæ, attenuatæ. Nubecula vel corruptorum humorum particula, vel incipientis secretionis, vel absumentis caloris effectus est. Quæ die octavo contigere symptomata, convulsiones internæ, catalepticè quasi invadentes, fuerunt, quas vix nisi ab Excell Dn. Præside annotatas leges. Disparentibus scil. maculis, sive ad interiora retrogressis, sive cauſam etiam subministrantibus, sive dissipatis vel potius ob cutis omnii vigore spirituū & M.S.æ deſtitutæ concidentiam, flacciditatem & in primis indispositionem & cruditatem M.S.æ quæ inepta est ad ulteriorem heterogeneorum secretionem, non apparentibus, talis sub istâ excessivâ fluidorum depravatione generata fuit acrimonia, quâ vellicante fibrillas nerveas, spiritu variâ labe infecti, impuri, turbati, impetuoso ad partes ruebant motu, easq; tensas, immobiles, perdurante irritatione reddebant. Vid. Disput. sub Excell. D. Præf. de Cataleps. Epil. Unde oculorum qs. fixitas, membrorū rigor, aphonia, quæ & ex οuum defectu haud raro in istiusmodi casibus oritur. Potum non petiit ægra, quod spiritibus aliorum avocatis, vel turbatis, vel fibrillas nerveas eccentrico motu & influxu ita distendentibus, ut objecti species non imprimi potuerit, sitim non perceperit. Quam facile tandem exinde in talem facta fuerit degeneratio acrimoniæ, quæ motus convulsivos nunc hujus, nunc illius partis, nunc totius corporis excitari, non difficulter patet.

VIII. Prognosticon expetenti in primo accessu Medici, sine dubio responsum fuisset, signa & symptomata admodum terribilia esse & instare convulsiones. (cujus prodromi tremores) nubecula in urinâ communiter laudabile signum habetur, & dicitur post quartum diem futuram crifin indicare, cui tamen hic non fidendum. Cæterum petechiales hoc tempore non magis periculosa solent esse quam aliæ malignæ. Imò forsan aliquando, ubi non junguntur petechiae, intimius hæret malum, morbusque periculosior est, aliquando tamē etiam de insigniori testantur malignitate. manent interim in malign. omnes prædictiones infide.

IX. Nunc & brevissime adhibitam medendi methodum tangam. Medicus dictas respiciens causas & symptomata (quæ quidem sub suo formali non indicant) indicari judicavit, hostilium & totâ

totâ substantiâ peccantium commodam eductionem, minuti-
 onem, aliarum correctionem, fervoris, æstus refrænationem, tempe-
 raturam, turbatæ mixtionis correctionem, fatiscentium οuum &
 humorum restitutionem, conservationem. Hinc primo accessu
 exhiberi jussit potiunculam sudoriferam probè equidem conscius,
 sapissimè quām optimè sudationem tempestivè institutam pro-
 desse; tempusq; Vomit. aut V. S. i si indicantur, commodum efflu-
 xisse. Ingredientia talia in eam collegit, quæ non tantū sensibili-
 ter & insensib. eliminando, attenuando, sed & æstum temperando,
 restinguendo, etiam blandâ balsamicâ vi &c. indicationi satisface-
 rent. Effectus sine dubio hujus sudorif. fuere altero die erumpen-
 tes petechiæ. Sudorem a. cur non Roob Sambuci & aq. Carduib.
 provocarint, causa forsan est, quod nondum ad secretionem tūm
 apta & disposita fuerit M. S a uti nec ex musto nondū fermentato
 spir. v. elici potest. *Pulveres & Extracta* quæ præscripsit, constant
 ex alexipharm. calidis & temperatis, fixis (ut & antiepilepticis)
 transpirationem promovendo, οus & humores vigorando, coa-
 gulationem & dissolutionem arcendo, diluendo, æstum efferve-
 scentiam restinguendo, acrimoniam, dum inviscant, obtundunt,
 irretiunt, graves particulas interponunt &c. mitigando. Pulvis
 & pilulæ posteriores magis ad convulsiones, quæ jam indicans
 fuere factæ, sunt directæ; Sunt autem illa antiepileptica pleraque
 etiam in alexipharmacorum classe. Aquæ & Emuls. scopo diluen-
 di, refrigerandi, acrimoniam corrigendi, transpirationem promo-
 vendi &c. adhibebantur. Purgantia, ut communiter in febribus
 malignis, etiam hīc abesse jussit; V. S. i item tūm cum Medici pe-
 tebatur consilium, indicans non adfuit. De hāc notable est,
 quod in Patriâ meâ, uti ex literis accepi, in hujusmodi febribus
 frequentissimè et si non cum levamine, tamen sine noxa fuerit in-
 stituta. Ut & ex hoc appareat, quām non semper uniformes sint
 febres malignæ. Exterius usurpatæ *Essentiæ* erant pro restaurandis,
 & excitandis spiritibus. *Vesicatoria* educendo, spiritus avocando,
 in naturalem motum redigendo, insignem usum hīc præstare so-
 lent. *Electuarium* ad vires sensim recolligendas, blandas, roscidas,
 demulcentes, aromaticas moleculas subinistrandas, alterandi &
 confortandi fine, ad prægressa directum, fuit superadditum. Po-
 tui adjecta & malignitatem & convulsiones respiciebant. Et
 tantum pro ratione instituti.